CATO
MORALISSIMUS
DAV. PAFFROED
1497.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
170 G 89



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
170 G 89

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
170 G 89



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
170 G 89



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
170 G 89



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
170 G 89

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
170 G 89

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
170 G 89

~~88.~~ 170
g.89.

SW. 6296
CA. 413

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
170 G 89

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
170 G 89

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
170 G 89

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
170 G 89

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
170 G 89

1497.

Cato moraliſſimꝰ cũ elegantiſſimo cõmento.



Koninklijke
Bibliotheek
te 's Hage.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
170 G 89

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
170 G 89

¶ Incipit liber de doctrina Catonis ampliatus ꝑ ſer
mões rhetoricos et morales. per fratrem Robertum
de Euremodio monachum Clareuallis

GEneroſe indolis adoleſcẽtulo Petro de ſalutijs Robert⁹ de
Euremodio monach⁹ Clareuallis. Seipm̃ ad omne officiũ
charitatis. Tua poſtulauit ſupplicatio quam ſuſcipio ꝓ mã-
dato. vt qui me in rhetoricis ſciolũ aſſerebas tibi libellum cu
derem. in quo poſſes dicte artis guſtare primitias ⁊ in familiari colloq̇o
ruditatis grãmatice fugẽ barbariſmos. Ego ſane operepreciũ duxi. tuis
in hac ꝑte nõ obaudire iuſſionib⁹ ⁊ moralem libꝝ viri doctiſſimi Marci
Catonis ſuſcepi ꝓ themate ⁊ ſuꝑ ſingulis eiuſdẽ viri clariſſimis documẽ
tis. materiã proſaice dilataui. Vobis quidem ſimplicib⁹ licet nõ penit⁹ a re
gul' eloquẽtie inexꝑtis. in quo ṗmiciaꝝ lacte deguſtato. vſum faceti ſmo-
nis anim⁹ iuuenil' paulatim ĩduat. ⁊ hac nouitate cõcepta. ſuccedẽte tp̃e
et ingenio dilatato. altiora hui⁹ artis in poſteꝝ ſuſcipiat documẽta

¶ In hoc Catonis viri moraliſſimi prologo decẽ de-
calogi p̃cepta ponũtur. ſeptẽ quoqꝫ virtutes ɔtra mo
ralia ſeptẽ perpulchre interſerũtur.

ꝓ q̃n ego cato in aĩo cõſiderarẽ
CUm animaduerterem q̃ꝫplurimos homines
.i. deuiare virtutũ hoĩbus errantibus per precep-
grauiter errare in via morum. ſuccurrẽdum et conſu-
ta morum putaui
lendum eorum opinioni fore exiſtimaui
propter hãc cãm hoĩes q2 hõ eſt principiũ ꝟtutis cõſequerẽtur
Maxime vt glorioſe viuerent et honorẽ cõtingerẽt
carnalis ⁊ ſpũalis modo ⁊ ordine q2
Nunc te fili chariſſime docebo. quo pacto mores
ꝟtutes ſunt in aĩa diſponas colligas documẽta moꝝ tu fili
animi tui componas Igitur p̃cepta mea ita legito
quia tẽpus perdere
vt intelligas. Legere eñ et nõ intelligẽ eſt negligere.
honora ipſum ex tota anima tua
Itaqꝫ deo ſupplica
carnales ⁊ ſpũales. honora eñ patrem ⁊ mr̃em ⁊ eris lõgeu⁹ ſuꝑ terrã.
Parentes ama.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
170 G 89

cōſanguineos vel ꝑrios tuos chriſtianos q̇ in fide ſunt cognati
Cognatos cole Datum ſerua
impedit omne foꝝ defect⁹ denarioꝝ cū ſcō ſcūs eris. cū ꝑuerſis ꝑuerteꝛ
Foro te para Cum bonis ambula
ſecretum tractatum
Ad cōſilium ne acceſſeris anteq̄ꝫ voceris
ſcꝫ a cōcupiſcētia mulieꝝ. qꝛ ſcribitꝛ. Beati mūdo corde
Mundus eſto
hoc multiplicat amicos. in etate vel ſciētia locum da
Saluta libenter. Maiori cede. Minori parce
ſcꝫ cum timore time .i. oēs res tibi pertinētes
Magiſtrū metue Rem tuam cuſtodi
verecūdia ē laudabilis paſſio i iuuenib⁹ ſerioſus eſto in oꝑe tuo
Verecundiam ſerua Diligētiam adhibe
bonaꝝ artium ſcripturas ames ⁊ vitia carnis vitabis
Libros lege Quos legeris memento
tanq̄ꝫ pater ſuam prolē affabilis mitis ⁊ benignus
Familiam cura Blandus eſto
.i. ſine cauſa qui dixerit fri ſuo fatue re⁹ eſt ignis gehēne
Iraſci ab re noli Neminem irriſeris
.i. cōcedite vobis inuicē qm̄ inhoneſtis nō eſt dandū
Mutuum da Cui des videto
.i. bono ⁊ iuſto teſtimonio qm̄ burſam euacuat ⁊ pauꝑtatē inducit
Iudicio adeſto Cōuiua raro
quod nature ſufficit iuramētum tuū debes tenere
Quod ſatis ē dormi Iuſiurādum ſerua
vinū tꝑate ſumptū acuit ingeniū pulchꝛ eſt ꝑ republica mori
Vino te tempera pugna pro patria
.i. ſtulte ⁊ ſine cauſa teipm̄ delibera priuſquā loquaris
Nil temere credideris Tu te conſule
.i. luxuriā q̇ diligit ſcortū ꝑdit ſubām̄. Seneca. otiū ſine lrīs mors eſt
Meretricem fuge Litteras diſce
ꝑdes oēs q̇ loquūtur mēdaciū nā vt dictū eſt cui des videto
Nil mentire Bonis benefacito
ita viuas ne maledicaris. maledicti ibunt in ignem eternum
Maledictus ne eſto

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
170 G 89

.i.opinionē bone fame de te vel aliȷ̄s tene

Exiſtimationem retine

.i.da iuſtū iudicium

Equū iudica

qui maledixerit p̄ri vel matri mala morte morietur

Parentes patienter vince

maximū viciū eſt ingratitudo hoc em̄ luciferꝫ in infernū detruſit

Beneficiȷ̄ accepti memor eſto

.i.ad tribunal iudicis vt diſcas iuſticiā

Ad pretorium ſtato

.i.ſapiēs ad dandū cōſilium

Conſultus eſto

virtuoſe oīa oꝑare

Vtere virtute

nō occidat ſol ſup̄ iracundiā veſtrā

Iracundiam tempera

recrea te ludo honeſto

Troco lude

.i.oēm ludum inhoneſtum

Aleas fuge

maledictꝰ qui cōfidit in fortitudine diuitiaꝝ et virium ſuaꝝ

Nil ex arbitrio virium feceris

quanto maiores humilia te in omnibus

Minorem ne contempſeris

.i.nec rem cupias alienam

Aliena concupiſcere noli

Apl's.viri diligite vxores v̄ras

Coniugem ama

.i.filios fac doceri

Liberos erudi

ſuſtine penas legis quas tu conſtitueris

Patere legem quam ipſe tuleris

ſapiēs paucis innoteſcit ꝟbis.ſtultꝰ totum ſp̄ūm ſuū profert

Pauca in cōuiuio loquere

iuſticia eſt p̄clariſſima oīm ꝟtutū.itē nunq̄ꝫ vidi iuſtū derelictū ⁊c̄.

Illud ſtude agere quod iuſtum eſt

ſcꝫ erga deū ⁊ ꝓximū tuū.in his duobꝰ mādatis pēdet tota lex̄ ⁊ ꝓphete.

Libenter amorem ferto

¶ Que dicta ſunt a Catone breuiter ꝓſaice ampliore ſtilo.ꝓſequit̄ elegāter metrice.

¶ Pura mente deum tuū ama.

ꝑ qn̄ .i.nr̄a rō naturał .i.ſcripture ſacre

Si deꝰ eſt animꝰ vt nobis carmia dicūt

deꝰ.i.a te.i.p̄ncipal'r ſup̄ oīa honorādus amādus

Hic tibi p̄cipue ſit pura mente colendus

¶ Naturalis ratio. legalis inſtitutio. ⁊ cõmunis conceptio animoꝝ hoc habet. diſcernit. ⁊ precipit. ꝙ vnꝰ credatur deus omnipotẽs. diligat᷑ cordialiter. ⁊ magne veneratiõis officijs adoret᷑. Qui quidem eſt tanq̃ꝫ clauus fixus ⁊ ſtabilis. circa quem omnia reuoluũtur. origĩale ſeminarium omnium entium. omnium rerum primordiale principiũ qui iuxta Salomonis eloquium. omnia diſponit. in numero. põdere. ⁊ menſura comprehendẽs omnia et a nullo alio cõprehẽſus. Et vt ꝟbis Auguſtini vti liceat. deꝰ eſt intra celum nõ incluſus. extra celum nõ excluſus. ſupra celũ non elatꝰ. ſubtus celum nõ depreſſus. ¶ Quia igit᷑ ex eius gratuita liberalitate procedit ꝙ ſumꝰ. ꝙ viuimus. ꝙ mouemur. ſine cuiꝰ manu tenentia tota natura rediret in nihilum. ſicut ex nihilo eſt creata. Hic igit᷑ deus eſt tota cordis intẽtione penſandꝰ honorãdus ſacrificio ⁊ toto oris iubilo collaudãdus. Hic tibi p̄cipue ſit pura mẽte colendꝰ. Vñ nouꝰ Cato

Lingua paterna ſonatqꝫ deum ſapientia donat.
Hec audi fili mentiſqꝫ repone cubili
Prone dei cultum pronum tu dilige multum
Qua ſine cultura non eſt mens crimine pura.

¶ De vigilia

id eſt magis ſp̄ vigilia .i. dormitiõi qđ plus eſt q̃ꝫ ſatis
Plus vigila ſemper. ne ſomno deditus eſto
id eſt longa dormitio qꝛocia dãt vitia dat
Nam diuturna quies vitijs alimenta miniſtrat

¶ Si negligẽtie torpor deſidioſe mentis hoſpicium inuaſerit. tunc proſcripta diligẽtia. ⁊ virtutum exercitu relegato. omnis vitiorum turba ſuccedit. In ſomnis em̄ multis ⁊ pigricie ingluuies ⁊ gaſtrimergia. ⁊ omnes vitioꝝ comites ſubſequũtur. Caueat igitur imprudẽs adoleſcẽtia immoderatis ſomnis incumbere. ne ꝟtutum moderatrix temperãtia patiatur exilium. Si em̄ humane vite multum temporis ſpacium p̄beret᷑. nec cõfectum ſenio. nec caſſatum egritudĩe rebꝰ tamen ꝟtuoſis ſublimibꝰ. ac ſtudioſis exercitijs foret ĩpedimẽtum. ne deſidioſa pigricies ſomnis enutrita diurnis ⁊ nocturnis voluptatibꝰ ſcꝫ augmẽtata. abortiuũ virtutis pareret. quippe quia honeſtatis aditum ſeparat atqꝫ capiſtrat. Nam diuturna quies vitijs alimẽta miniſtrat. Vñ nouus Cato

Non teneas vane de ſomno ſurgere mane.
Longa quies ſomni vitio fit fomes inani.

¶ Linguam compeſce.

principalẽ refrenare ſuppleloquac ẽ
Virtutẽ primam eſſe puto compeſcere linguam

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
170 G 89

dilectus ſcz eſt   .i. vbi ⁊ qn̄ tacendū eſt

Proximus ille deo qui ſcit ratione tacere

¶ Quiſquis ꝟtutis oſtium nititur introire. aut ſiquis eximijs moribus pollere conatur. lingue ventilabrum tota moderatiōe refrenet. Si quis em̄ ppoſito ſenſualitatis ductꝰ imperio. oris ianuam oportune ⁊ importune. ad omne ꝟbum loquacitatis aperiat. mox detractiōis valuas aſſenſionis aditus. ⁊ cōtumeliarum iurgia pparat ⁊ diſponit. Imitetur igitr̄ ſapiens nature ſagacis induſtriā. que linguam ī humano capite triplici clauſura recludit. labijs videlʒ dentibꝰ ⁊ palato. per hoc inuenies ſapiētē paucis cōtentari eloquijs. ſupereffluere ꝟbo non carere vitio nam hec vitialis peſtilētia. impetum malicie non poterit cohibere. Proximus ille deo qui ſcit ratione tacere. Unde nouꝰ Cato.

Si cupias pacem linguam compeſce loquacem
Et ratione ſile ſi ad conſilium petis ire.

¶ Notam contradictionis caueto

cōtemne. iam hoc iam illud volendo ipſi

Sperne repugnando tibi contrarius eſſe

.i. cū nullo cōcordabit   diſcordat

Cōueniet nulli qui ſecum diſſidet ipſe

¶ Cum dictante rationis iudicio. ſentētiam veritatis acceperis ſiue fuerit virtutis laudatoria. ſiue criminis inuectiua. ſi hanc ad aurem publice multitudinis te contigerit prouulgare ſtabili fundamento veritatis infixus ab hoc tramite nulla contrarietatis opinione diſcedas. ne varietatis macula deturpatus. puerilitatis tibi crimen ingeras. dum affirmando et negando contraria ponis ineſſe. Sperne repugnando tibi tu contrarius eſſe. Unde nouus Cato.

Nulli ſe iungit ſua quem diſcordia pungit
Qui ſua diuulgat mea vel tua quomodo celat.

¶ Aliorum mores et vitam ne carpſeris

actus ⁊ opationes   prauos

Si vitam inſpicias hominū ſi deniqʒ mores

arguis peccātes nullus hō ſine peccato

Cum culpas alios. nemo ſine crimine viuit

¶ Humane fragilitatis iudicium. has ignorantie tenebras experitur. vt proprij reatus ignarꝰ. ad alienarum culparum iudicia ſe frequēter trāſferat. eo magis cōfuſionis aſſecutus iudicium quo mordaci ſordidatus vitij lingua aliorum crimina reprehēdit. Sicut nempe ille aromatibus indiget qui redolentiam miniſtrare ſatagit. ſic illum vitijs cauere conuenit

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
170 G 89

qui alios facere nititur v̄tuoſos. atte͂to etiam ꝙ humane fragilitatis labilitate penſata ille tyrānizat in moribus qui in mortalibꝰ filijs adam cacumina ꝑfectiōis morum inq̄rit cum ſcriptum ſit. Qui ſeruiūt deo nō ſunt ſtabiles. ꝛ ꝙ in angelis ſuis reperit prauitatē. Quis igiꝉ niſi mētis inops maiora angelis in hominibus ſtabiliuit. Culpas alios nemo ſine crimine viuit. Unde nouus Cato.

Tu qui cuncta notes qui luſtras regna bootes
Non reperire potes quos ſine labe notes.

Relinquenda ſunt nociua licet chara ſint

que poterit nocē dignitatis vel officia

Que nocitura tenes, q̄uis ſint chara relinque

honeſtū vel bonū vtile exn̄s honoribꝰ vel bonis corꝑalibꝰ

Utilitas opibus preponi tempore debet.

Quotiens honores diuitie vel cuiuſlibet rei poſſeſſe peculium virtutibus inuidet vel ſcādalum. penitus eſt ſine doloris amaritudine deſerendū quia nimirum digniora vilibus ac maiora minoribus cōuenit anteferri nec eſt dubium ſapienti. ꝙ quicquid poſſeſſori detrimētum ingerit. probroſe cōquiritur. vtiliter deſeritur. ꝛ poſſidetur inique. Que nocitura tenes q̄uis ſint chara relinque. Unde nouus Cato.

Omne quod eſt charum fore ſi tu credis amarum
Proijce nec retine ne ſit tibi cauſa ruine.

Gaudete cū gaudētibꝰ. et flete cū flentibꝰ.

maturꝰ ꝛ grauis ridiculoſus iocoſus vt negociū requirit

Conſtans et leuis vt res expoſtulat eſto

i. vbi ꝛ qñ oportet ſuos reprehenſione

Temporibꝰ mores ſapiēs ſine crimine mutat

Si ſapiētie fores nitaris ingredi. hāc prudētie regulam ī humano cōuictu nō poſtponas vt videlicet te ſic rebꝰ accōmodes. ꝙ ſine leuitatis notamine eundē ac varium te diuerſa cōſideratiōe p̄ntes. Interdum ſiquidem ſcd̄m factoꝝ exigētiam expedit virilis animi cōſtantiā exhibere. Interdum v̄o beniuola trāquillitate potiri. Sicut em̄ articuli manuum aliquādo ꝓducunꝉ in lōgum. interdum v̄o rotātur in orbem. ſeu replicātur in palmam. idēptitate manuū non mutata. Sic itaq; ſapiens cū prudentibꝰ philoſophū redolet. cum iocātibꝰ laxatur in riſum. cum ſerioſis conſulit. cum peregrinis loquiꝉ aut ſalutat. Temporibꝰ mores ſapiēs ſine crimine mutat. Unde nouus Cato

Leuis ſemper erit ſapiens ſi res ſua querit.
Et mores vertet ꝛ ſic ſine crimine certet.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
170 G 89

¶ Vxori querulanti non facile credas
ſine cauſa tue .i. mãcipijs tuis cõquerenti
Nil temere vxori de ſeruis crede querenti
pro q2 marit⁹ ſuus illum ſeruũ
Sepe eteni mulier. quẽ cõiunx diligit odit
¶ Penſata muliebris mutabilitatis natura. qua nũc in iſtum nũc in illũ os ſuũ ſtomachãdo relaxat. non debet vir prudẽs vxoris ſue machinẽtis verbis fidem adhibere. Cum eñ vt autor eſt maro. Varium ꝛ mutabile ſemꝑ ſit femina facile fit vt effrenate lingue ſue procacitas iurgioꝝ venena euomat. dum falſe materiam cõtra quempiam cõcipiat. Quod ſi non attẽte caueris. ſed tue honeſtatis. tuorumqꝫ mãcipioꝝ emule morã geſſeris. Januam tibi nedum mãcipio tuo muliebri ritu vocib⁹ blandis ſtruet periculi. dum maxime ſola cogitat paleas manu colligit. terramqꝫ pede fodit. ſepe eteni mulier quem cõiunx diligit odit. Vñ nou⁹ Cato
Nil temere credis vxoris ſepe querelis
Namqꝫ deus nouit. vt quos tu diligis odit
¶ De correctione fraterna
ꝑ qñ corripis peccantẽ peccãs .i. corripe
Cũqꝫ mones aliquẽ nec ſe velit ipſe monere
ille peccãs ab incepta correptione
Si tibi ſit charus noli deſiſtere ceptis
¶ Quotiens aliquis in amicicia cõiunctiſſim⁹ laxatis intemperãtie frenis vectus equo laſciuie. per arua vitiorum ſeu per agrum lubrice voluptatis excurrit. tũc vacãdum ſummopere eſt vt crebris exhortationib⁹ faciundo ſermone mellitis amici lingua neceſſariam adhibeat medicinam. Si forſan ille vt aſſolet. corrigẽtis manum dolẽter ſuſtineat. malẽs ſuis incumbere fetoribus qꝫ curationis remedium experiri. nõ illico debet exhortatiõis lingua ſilere. ſed congeſtis rationib⁹ morbi molliri duriciem. et donec tandem finem optatum percipiẽs. nõ reſileat ab inceptis. Si tibi ſit charus noli deſiſtere ceptis. Vñ nouus Cato.
Cum moneas charum qꝫuis tibi fiat amarum
Non tamen abſiſtes quin verba monendo miniſtres.
¶ De multiloqua contentione.
loquaces litigare cõtumelioſis
Contra verboſos noli contendere verbis
a natura oibus q2 ſtultoꝝ numer⁹ eſt infinit⁹
Sermo datur cunctis animi ſapientia paucis

¶ Inter humane vite cõtagia nihil ſecurius. nulla maioꝛ moderatio ra-
tionis. qȝ ſermones cohibere ſupfluos. ⁊ cõtra loquaces qui inaniter gar-
riũt temperãtie moderãtiam obſeruare. In hoc em̃ nos experiẽtia natura
lis edocet Nam ſicut ignis materialis cõbuſtibiliũ appoſitiõe ſuccẽditur
et eoꝝ ſucceſſiua depoſitiõe deficit ⁊ decreſcit. ſic lingue virus cõtumeliarũ
blaſphemijs. ⁊ iurgioꝝ dilatatum iniurijs nõnunqȝ in fornacem irrefri-
gerabilis ſuccẽſionis aſcẽdit. ⁊ dum ꝟbum verbo quaſi clauus clauo retũ
di creditur augeť morbi pernicies q꞉ iuxta dictũ poeticum. latet anguis ĩ
herbis. Contra verboſos noli cõtendere ꝟbis. Vñ nouꝰ Cato

Verboſas lites fili chariſſime vites.
Multi ſermonem retinent ſed non rationem.

¶ ¶ Tibi proximus eſto

amicos vel filios ꝑ charioꝛ tibi

Dilige ſic alios vt ſis tibi charus amicus

liberalis in dãdo nõ ribaldis ne tu patiaris defectũ

Sic bonꝰ eſto bonis. ne te mala dãna ſequãtur

¶ Pollicite vite peritia hoc ſpeciale mãdatum obſeruãtia regulari com-
mẽdat. ne quiſpiam inter hoĩes prepoſterato oꝛdĩe charitatis. aliena cõ-
moda ꝓprijs neceſſitatibꝰ anteponat. Si enim ſalomone docẽte inſtrui
mur. vt videlȝ ꝓprioꝝ fontium latices hauriamꝰ pꝛimitus. ⁊ poſtmodũ
ipſos in proximos dirigemꝰ. Hic ſibi neqȝ ⁊ inſipiẽs. cibꝰ videť inutilis
Eniuero ꝓficiẽtes multis in ꝓprijs neceſſitatibꝰ negligentes. ſil'es facti
ſunt inſipiẽtibꝰ. ⁊ ſue ſtoliditatis merito beſtijs comparanť. Sic bonus
eſto bonis ne te mala damna ſequãtur. Vñ nouꝰ Cato

Proſpice ſic alijs vt ſis tibi charus ⁊ ipſis.
Sic bonus eſto charis ne tu mala damna ſequaris

¶ ¶ Ne ſis fame cupidus

vanos in diffamiã ſurgẽtes .i. pmꝰ fictoꝛ vel inuẽtoꝛ

Rumoꝛes fuge ne incipias nouꝰ autoꝛ haberi

ideo iuuenalis ait digito cõpeſce labellũ

Nã nulli tacuiſſe nocet nocet eſſe locutum

¶ Si fame preconium dignis relatibus adipiſci contendas inanes ru-
muſculos hiſtrionum ⁊ narratoꝛias immoderate ſcurrilitatis ineptias to
tis viribꝰ declinato. Poſtqȝ enim mẽtis humane thalomo hec voluptas
inſederit. nequiſſimi hoſpitis cõtagiata veneno. letatur murmure detra-
ctiõe paſcitur. luxurie gratulať. ⁊ cõuocato vitioꝝ exercitu. ꝟtutum colle
gium intercludit. Nam iuxta Apl'm. praua colloquia. moꝛes coꝛrum-
pũt egregios que ſi lõga obſeruatiõe cõualuerint facili dimicatiõe nõ pote

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
170 G 89

rũt cohiberi. Rumores fuge ne icipias nou⁹ autor haberi. Vñ no. Cato.
Effuge rumores ſimul ⁊ nouitatis honores
Nam nulli tacuiſſe nocet. nocet eſſe locutum

¶ In promiſſis non confidas

pecuniã vel aliud tuo creditori
Rem tibi promiſſam certam promittere noli
.i. pmiſſa raro ſeruant abundãt verbis ſine opibus
Rara fides ideo quia multi multa loquũtur

¶ Conſtantie turrem proponens aſcendere. et veritatis iudicio redimiri. attendat humane mutabilitatis fallacias que frequentius incidunt in falſitatis laborinthum. Cum enim ſcdm ſapientem. vanitati cuncta ſubiaceant. Et iuxta prophetam. vani filij hominum ⁊ mendaces qui in eorum pollicitatione confidunt ⁊ promiſſa dubia pro cõſtantibus affirmãtes. more illorum qui anguillam lubricam cauda ſtringunt. non ſine nota infamie a pollicitis ac promiſſis pariter excluduntur. Rara fides ideo quia multi multa loquũtur. Unde nouus Cato
Rem tibi promiſſam nulli promiſeris ipſam
Perdit namqz fidem fit multa locutio pridem.

¶ Teipſum noſce

.i. laudib⁹ extollit .i. iudicabis teipſum ſi dign⁹ ſis
Cum te quis laudat. iudex tuus eſſe memẽto
qui forte adulatores ſunt
Plus alijs de te. qz tu tibi credere noli

¶ O tu quiſquis in hui⁹ vite fluuio. immo ĩ mari magno ac ſpacioſo nauigas. hoc in erario memorie ſedula cõſiderat. õe reponas. ne alienis laudib⁹ intumeſcẽs plus extere aſſertioni qz proprio iudicio cõdeſcendens. ¶ In hoc eñ proprie fallitur humane deliberatiõis iudiciũ. q more oculi corpalis aliena proſpiciẽs. nõ ſeipſum pmittit intueri. ſz dum palponũ mẽdacia. adulatoꝝ phaleras ⁊ cetera ſeductiõis miniſteria. aures laudis bibule minus prudẽter attendunt. tũc demulcetur peccator in deſiderijs anime ſue. et iniquus benedicit. aut ambulãs quidem in magnis ⁊ mirabilib⁹ ſuper ſe. non teſtimonium cõſcientie veracis inſequit ſed acquieſcit fraudulẽtie falſitatis. Hanc poſtqz adulatrix loquacitas. miniſtrãte fortuna adulationis optata ſtipẽdia ſibi adepta cõcepit. fauos laudis dulcifluos cõuertet in detractiõis aculeos in momẽto. Cum te quis laudat iudex tuus eſſe memento. Unde nouus Cato
Si quis te laudat non huius te gloria fallat.
Plus laudatori qz tu tibi credere noli.

¶ Alios laudato

bn̄ficiū acceptū　　homib⁹　　ſi non es ingratus
Officium alteri⁹ multis narrare memento
hoibus　　ꝓ qn̄　　tu ipſe taceto
Atqꝫ alijs cum tu benefeceris. ipſe ſileto

¶ Ingratitudis ſcelus. copioſum vitiorꝫ exercitum ſecum hoc hꝫ in ſua pernicioſa operatiōe precipuū. ꝙ in emungēdis aliorꝫ officijs. man⁹ extē- dit ꝓductiles. Cui⁹ vero ſuſceperit. aut obliuiſcit᷑. aut retributiōis nō me minit. aut qđ deterius eſt nequiſſime atrocitatis abuſu ſatagit ī datorem hec eſt ꝟtutū tinea. putredo iuſticie amicicie interit⁹. ⁊ proſcriptio hone- ſtatis. ¶ Aduertat igit᷑ qui in ꝟtutum gymnaſijs conat᷑ ſtipēdiarie mi- litare. vt beneficētie morem gerens ſuſcepta beneficia multiplicet. multis modis inſtāter retribuat. ſi venerāde laudis preconio velit decorari. Si vero quiſpiam alij dona gratuite liberalitatis impēderit. ꝟtuoſo ſilentio p̄ terire cōtendat. ne officium ꝓpria laude ſordeſcēs fructu careat preintēto Officium alteri⁹ multis narrare memēto. Vn̄ nou⁹ Cato

Alterius factum ſit verbis amplius actum
Sed referas nulli. cum tu benefeceris vlli

¶ Iuuentuti condeſcende.

qn̄　　tu exn̄s　　iudicas narras
Multorum cum facta ſenex et dicta recenſes
ſcꝫ illa oīa ad memoriā veniāt. i. dū iuuenis eſſes　　tu
Fac tibi ſuccurrant. iuuenis que feceris ipſe

¶ Moris eſt vſitati. vt ſenectus canicie veneranda. acutis demorſioni- bus feratur in iuuenes. ipſorum paſſiones ⁊ impetus ſtimulo duriſſime correctiōis inuadens. preteriēſqꝫ ſub ſilētio quātis voluptatis illecebris. ſua trāſegerint tp̄a iuuētutis. ⁊ qđ in ſe diſſimulare cupiūt. in alijs auſu maliuolo crudeliter cōdemnantes. Si igitur iuueniles inſolentias apto correctiōis verbo medicari decreueris. charitatis verbo ſermones delini- as. ſeuere preciſionis dolabrum ſuſpendēdo. necnon vite tue prioris con- tagia cum impetu iuuenili quem corripis cōſideratione compēſes Mul torum cum facta ſenex ⁊ dicta recenſes. Vnde nouus Cato.

Cum multos actus meminit facunda ſenectus.
Seria fac iuuenis que narrat ſermo ſenilis.

¶ Furtiloquia non cures

nō moueat te　　ſecreto　　cū alio
Ne cures. ſi quis tacito ſermone loquatur

.i.qui noſcit ſe in culpa vt omnia dicant
Conſcius ipſe ſibi. de ſe putat omnia dici

¶ In hoc deuiat temere leuitatꝫ ineptia. vt iuxta poetã modum ponẽs in ſcirpo accuſante cõſcientia. ⁊ turba ſcelerum preualẽte. de aliena cõſcientia temere ſuſpicatur. De quo Seneca ſic meminit. In hoc errat omnis affectus. vt in quo ipſe inſanit. in eodem putat ceteros inſanire. ¶ Si igitur verbi gratia quoſlibet hominum videris ſibi mutuo ac ſecretius colloquentes. nullius ſuſpicionis mordeacis inſultibꝰ. quin ſi tibi detractiõis inſidias preparẽt. ſub amicicie nomĩe timorem nõ proferas inimici. Conſcius ipſe ſibi de ſe putat omnia dici. Unde nouꝰ Cato

Qui perſcrutatur ſi quis ſermone loquatur
Ille fert ſecum quod non eſt forſitan equum.

¶ In die bonoꝝ non imemor ſis maloꝝ.

.i. in pſperitate poſitus .i. cõtraria puideto
Cum fueris felix. que ſunt aduerſa caueto
in eadẽ pſperitate non cõcordant tpa fortune tpibꝰ
Non eodem curſu reſpondent vltima primis

¶ Si fortune blandimẽtis amplexus lubricos et oſcula fugitiua te contigerit experiri. mordaces ipſiꝰ ſeuientis aculeos. debita cõſideratiõe formides. nec ab eius blandicijs. cornua preſumptuoſe temeritatis aſſumas nam hac arte malignãtis frequẽter vtitur ꝗ his quibꝰ potiora munificẽtie ſue dona cõtulerit ipſos fraudulẽter promouẽs ad ardua dignitatum oculos toruos ſolite malignitatis inflectit. ⁊ cecas eis diſponẽs inſidias ſubitam deſerit in ruinam. et a ſue felicitatis faſtigijs calamitatis pretendens retiacula. diſponit in imis. Non eodem curſu reſpondent vltima primis. Unde nouus Cato.

Si quis tantus erit felix que ſunt aduerſa cauebit.
Si fortuna cadit tunc vltra ad proſpera vadit.

¶ Alterius mortem non exoptes

pro qꝛ incerta cito cadens data
Cum dubia et fragilis ſit nobis vita tributa
licet ſenis licet iuuenis exñs
In mortẽ alterius. ſpem tu tibi ponere noli

¶ Si ſucceſſiue poſteritatis peculiũ tibi legittime debeatur. quod viuens aliquis. licet de ſenum numero canonica ratione poſſideat. ſpem cõfidentie certioris in tãte dubitatiõis negocia non apponas. Nam fatalis vite terminꝰ. omne genus hominum ampliſſimo ſuo ſagene tendiculo potenter includit. Nec ſenes deſerens. nec iuuenes frequẽtius derelinquentes

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
170 G 89

Enimuero dum ampliores vite terminos iuuentus laſciuiens tibi frau
dulēter indulges ecce ſubito feralis mortis pernicies. adhuc parens de-
crepitis viuendi gloriam preripit tibi ſoli. In mortem alterius ſpem tu
tibi ponere noli. Unde nouus Cato.

Cum tibi ſecura de morte ſpeſqꝫ futura.
Alterius mortem noli tibi ponere ſortem.

¶ Paruū munus gratum habeas

paruū donum qn̄

Exiguū munus cum dat tibi pauper amicus

gratanter qꝛ nō quātitas ſed volūtas reſpiciēda ē

Accipito placide. et plene laudare memento

¶ Si gratitudis ſpeciem oculo debite cōſiderationis aſpicias. in remu-
nerādis officijs nō tam dati cumulus. q̄ꝫ affectiōis titulꝰ predicat̄. Quo
circa ſi amicoꝝ quiſpiam munuſculum leuis ponderis plenum liberalita
tis obſequio tibi gloriatur. hec magnifice cōgratulationis applauſu ſuſci
pere non poſtponas. Alioquin ingratitudis ſcoream damnabili viſcoſi-
tate cōcipies. Pluris em̄ cenſet ſapiens diogenes aque poculum. artiſſi-
mo charitatis officio exhibitū. q̄ꝫ creſi diuitias corde lento. Accipito pla-
cide pleneqꝫ laudare memento. Unde nouus Cato.

Si quis forte velit ꝙ amicus pauper habebit
Sumat corde bono ſed laus detur addita dono.

¶ Quod mors non ſit formidanda

mortem mors eſt vltima linea reꝝ dicit oratiꝰ

Ne timeas illam que vite eſt vltima finis

timet perdit

Qui mortē metuit amittit gaudia vite

¶ Virorum illuſtrium dogma prelucidum. circumſpecta traditiōe con
cludit. ꝙ licet vltimum terribilium mors cūctis mortalibꝰ imitetur per
niciem. nunq̄ꝫ tamen ſapiētum animis cōtinue vexationis dubietatē in-
ducit. ¶ Quippe iuxta Senecam natura eſt homis ſꝫ nō pena. Et hac
cōditione mūdum intrauimꝰ. vt exacto modici tp̄is interuallo protinꝰ
exiremꝰ nec eſt formidādum multimode qd̓ nulla poterit occaſione caue
ri. At iuxta iuris regulam qd̓ omnes tangit. debet ab omnibꝰ approbari
Si quis vo ſup hoc aſſidua ſolicitudie meticuloſe vitam trāſegerit. ſub-
ſiſtēdo deficit. viuēdo moritur. Et quaſi in deſperationē mutabit vite lap
ſum. Qui mortē metuit. qd̓ viuit ꝑdidit ip̄m. Vn̄ nouꝰ Cato

Dico tibi vere ſi vis de morte timere
Perdere tunc queris quam vitam habere videris

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
170 G 89

¶ Pijs monitis acquieſce

beneficijs exhibitis refundit
Si tibi pro meritis nemo reſpondet amicus
inclamitare cõtra reſtringe
Incuſare deum noli. ſꝫ teipſe coerce

¶ Hoc ꝓprietatis crimen obijcit vitiorum damnoſa ſordicies. q̄ criminum illaqueata compedibꝰ. corripientis manum cõgratulãti animo nõ admittit. Sed potius ex correptiõe deterior. ex medicamẽto morbidior. nõnunq̄ꝫ curationis abijcit medicinam. Dum igiť tyrãnus virtutis ſenſualitas. ⁊ ꝓprie volũtatis abuſus qui ſtipendiarie ſecum trahũt omnem exercitum vitioꝝ. hoſpitiolum mentis obſidẽt. excitetur protinꝰ rationis imperium. que iuxta philoſophum ſemper dep̄catur ad optima ⁊ tantis vitiorum peſtibꝰ potenter accurrat. Et tu huiꝰ doctrine ſedulus auditor ab hoc tramite non reſilias vt correctoꝝ monita patiẽter ſufferas. ⁊ vt ire ac blaſphemie ſermones. ex impatiẽtie cubiculo prodeũtes ſapiẽter excludas. ſtudio ſapiẽtia ac virtutum miniſterio te exerce. Incuſare deum noli. ſed te ipſe coerce. Unde nouus Cato

Si manet obliquus nec pactum ſeruat amicus.
Non tibi culpandus deus eſt ſed ſemper amandus

¶ De miſeria humane conditionis.

nihil tecũ ferentẽ ex quo natura et deus
Infantẽ nudũ cum te natura creauit
miſerie pondus pati
Paup̄tatis onus patienter ferre memento

¶ Si creatricis nature ſagaci ingenio dona cõferas. Si ortus tui penurias auidi ſedulitate perpẽdas. nullum viuẽtium munꝰ diuitiarum aut fortitudinis cognoſces oculata experiẽtia in huiꝰ vite ſuburbium hominibꝰ attuliſſe. Siquidem ⁊ leones a ſue natiuitatis initio ſe muniũt vnguibꝰ tauri cornibꝰ. canes acutis dentibus. oues lanis. equi pilis ⁊ pedibus. Sed ſolus homo inermis imbecillꝰ. ⁊ impotẽs. non loquẽs. non intelligẽs. non incedẽs. ad preſentis vite miſerias ſe ingerit ĩportune. Precogitetis igitur tantis primeue natiuitatis ineptijs. ſi in paup̄tatis exiliũ te cõtigerit oberrare. que teſte Seneca. odibile donum cenſetur ab hominibꝰ tanti cõſideratione miſterij. patiẽtie clypeum diligẽter oppone non ſimilis factꝰ beſtijs inſipiẽtibus. aut agitate arundini graui vento. Paupertatis onus patiẽter ferre memento. Uñ nouus Cato.

Cum ſis inops natus quiſquis nuduſqꝫ creatus.
Pauperiem grandem vincit patientia tandem.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
170 G 89

¶ De expenſarum moderamine

ne patiaris defectum rebus tuis moderate
Ne tibi quid deſit queſitis vtere parce
res quas habes .i. ꝙ deerũt ⁊ deficient tibi
Idqȝ qđ eſt ſerues. ſemper deeſſe putato

¶ Aurea virtutum catena humanas operatiões dirigens mediocribus gaudet ac ſuperflua deteſtatur. Nam ſicut in arcis ſecretioribꝰ aceruũ diuitiarum peſſulo cupiditatis includere cenſetur. nepharium ⁊ morbo electum. Hic prodigalitatis pernicioſa diſtractio. iuuenibus deducta laſciuijs ſubitam protrahit in ruinam. quam niſi debite correptiõis lima. diſcrecionis cautela propulerit. indigẽtie comites pauptatis ſatellites. miniſtros indigẽtie ac demum furtoꝝ pericula. ad ſue habitatiõis domicilium cõuocabit. Nec mirum. quia extreme deſolatiõis cõſtituetur in arce. Ne tibi quid deſit queſitis vtere parce. Unde nouꝰ Cato.

Parcius hic vteris queſitis quando frueris
Et rem ſeruabis quam ſemper deeſſe putabis

¶ De verborum ſimplicitate

iam ſine dilectiõe .i. ſepe qđ fit qñ ꝓmiſſum nõ tenet
Quod p̄ſtare potes. ne bis promiſeris vlli
id eſt ne ſis mẽdax ⁊ duplex virtuoſus ⁊ verax
Ne ſis verboſus. dum vis vrbanꝰ haberi

¶ Uirtualis cõſtantie firmitas muro vallata fortitudis multifarie multiſqȝ modis vicium duplicitatis abhorret vt tanq̄ȝ nepharium reputet. aliquid dicere ⁊ cõtrarium meditari. ne cõtrarietatis alligatus vinculo. et vicioſitatis retiaculo catenatus. dum proprie voluntatis arbitrium temeraria deliberatione proſequitur. aliquid ſpondens ⁊ eadem volubili mutabilitate denegans. infamie procacis meretur demerita. que redolentis fame ſtipendia debuerat promereri. Ne ſis verboſus dum vis vrbanus haberi. Unde nouus Cato

Bis non ſpondebis quod tu preſtare valebis
Non ſimilis vento ſed vir bonus eſſe memento.

¶ Fido ſis fidꝰ. hominiqȝ ficto. cautꝰ eſto

fingit .i. ore. ſ. amicum aĩo verus
Qui ſimulat verbis nec corde eſt fidus amicꝰ
etiã finge te amicũ ore dolus deludit dolo ⁊ clauꝰ retundit clauo
Tu quoqȝ fac ſimile. ſic ars deluditur arte

¶ Iſta metra ſunt omiſſa. aut ex ſcriptoris incuria aut ex actoris certa in⸗

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
170 G 89

duſtria. maxime cum mādatis dei videtur cōtradicere. ⁊ fictionis dupli citatem perſuadere. Horum ſentētia non tam apud ſapiētes eſt honeſta q̄z apud pleroſq̄z videt̃ probabiliter dicta. Probabile autem putat̃ vt claꝰ clauo retondat̃. ⁊ fraudi fraude reſiſtat̃ quod aſtruit qui dt. Neq̄z em̄ lex equior vlla eſt. q̄z necis artificē arte perire ſua. Ergo vt periuras meri to periuria fallamꝰ. Exēplo doleat femina leſa ſuo. Vñ nouꝰ Cato

Laudat adulator ſed non eſt verus amator

Tu quoq̄z cōmendas et ei condigna refundas.

De adulatione

nimiū dulces laudare

Noli homines blandos nimiū ſermōe ꝓbare

dulciter auicularius

Fiſtula dulce canit volucrē dum decipit auceps

Judicium equilibrate diſcretiōis ſtatera penſatum hoc imperat ⁊ incidit vt nullus cōuictus humani particeps aduiationis fauos multiplici cōſideratione diffundat. ne aſſentatiōis ſuſpectus iniuriam in melle. acutam. videat̃ opinione maliuola cōculcare immo extrema vicioſitatis abhorrēs. ⁊ incedēs via regia. nec adulatiōis melle nec detractionis aceto. linguam polluat colloquētem. Alioquin errās in inuio nō in via. aut inuidētie proximꝰ. aut palponi nō contrariꝰ. videt̃ amoris ſchematibꝰ oberrare. Noli hoīes blādo nimium ſermōe ꝓbare. Vñ nouꝰ Cato

Non bene credūtur nimium qui blanda loquūtur

Decipiūtur aues per cantus ſepe ſuaues

Vñ etiam Eſopꝰ preclare cōcordat dicens

Non ſatis eſt tutum mellitis credere verbis.

Ex hoc melle ſolet peſtis amara ſequi.

De filiorum inſtructione

qn̄ habes liberos ⁊ nō diuitias lucratiuis natos

Cū tibi ſint nati nec opes. tūc artibus illos

doce ſcʒ illis artibꝰ .i. lucrari victū ⁊ amictū

Inſtrue. quo poſſunt inopem defendere vitam

Protoplaſti preuaricatio hāc humana generi miſerie deſeruit portionem. vt ſucceſſiua poſteritas ignorātie tenebris. ac cōcupiſcētie illecebris ligaretur. Quocirca debite inſtructionis regulis indigemꝰ vt illuminato corde cōtemplatiue vite rhetoricam capiamꝰ. Ea videlʒ iuxta Apoſtolū que a deo donata ſunt nobis ⁊ actiue vite experiētia non horrētes in mundane procuratiōis neceſſarijs pro nobis ⁊ proximis cōueniētis induſtrie indulgētiam apponamꝰ. Et hanc inſtructiōis normam filijs ⁊ poſteris

conemur relinquere ne forte inopia ꝛ paupertate grauati. in ſui generis i propꝛium defluāt importune nec percurrāt infamem ſemitam Inſtrue quo poſſint inopem defendere vitam. Vñ nouꝰ Cato.

Inſtrue pupillos pauper ſi diligis illos
Ne paupertati valeant ſuccumbere nati.

De rerum eſtimatione.

vere fictili tanꝙ auro ꝓcioſo vtere auro vt fictili reputato illud
Quod vile eſt charum quod charꝫ vile putato
in appetendo plura in tenendo nimis bona
Sic tu nec cupidus. nec auarꝰ noſceris vlli

Rei familiaris gubernaculis diſcreto moderamine preſidens. alteritates tempoꝛum acuta circumſpectiōe perpēdit. vt nec abundātie tempoꝛa ſuperflue prodigalitatis iacturam afferāt. nec charitatis articulo deſperatione cōcepta exceſſiuam cōſtruant paupertatem ſed legittime moderatiōis ſeruato tempoꝛe. incedēdo via regia. virtuoſe mediocritatis mediū ſapiens obſeruabit. nec cupiditatis notatus infamia. non exoſus hominibus. non virtuti contrarius immo nulli. Sic tu nec cupidus nec auarꝰ noſceris vlli. Unde nouus Cato.

Charum vile putes rurſus contraria mutes
Sic nec auarus eris cupidus nec nunꝙ videris.

Illa caueto que alios cauenda docuiſti

coꝛrigere arguere i. tu ipſe non facies ea
Que culpare ſoles. ea ne tu feceris ipſe
vicioſum coꝛrectoꝛi pꝛopꝛia
Turpe eſt doctoꝛi cum culpa redarguit ipſum

Nihil in humanis actibus verecundia dignius. nihil magis a virtutis limitibꝰ alienum. ꝙ damnande oſtentatiōis oppꝛobꝛio. ad diſcipline pꝛecepta linguam laxare magniloquam ꝛ manumiſſa. ad aratrum retroꝛſum aſpicere et nephādum moꝛibus redolere tyrānum. Quid monſtruoſius monſtro. que deriſibilioꝛ irriſio. que maioꝛ eneruatio rationis. ꝙ ducem foꝛtitudinem pꝛedicare militibus ꝛ greſſu retrogrado pꝛimus hoſtibus terga vertere. lepoꝛine timiditatis melancholia occupatꝰ. Aut ꝙ in eruditionis arte ſciolus vicioꝛum ſcoꝛeam pꝛohibere diſcipulis. et deliberatione continua pꝛocumbere in idipſum. Turpe eſt doctoꝛi ꝗ culpa redarguit ipſum. Unde nouus Cato.

Si culpare velis non culpabiliſꝗ videris
Namꝗ mihi ſoꝛdet ſua quem doctrina remoꝛdet.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
170 G 89

¶ Poſſibiles ſint petitiones tue

in veritate ab amico .i. apparet eſſe iuſtum
Qđ iuſtū eſt petito vel quod videatur honeſtū
iniuſtū nemo em̄ amici grã debet iniuſta facẽ
Nã ſtultū eſt petere quod poſſit iure negari

¶ Si amicicie reglas quas morales philoſophi elegāti ſtudio cōdiderāt diligēter aduertas nunq̃z turpitudinis macula; aut vicioſi cōſenſus affectus. aut quippiā aliud qđ ab orbita ꝟtutū aberret amicicie legibꝰ admittit. Quippe ſicut celum terrenis. eterna caducis ſpūalia corpibꝰ noſtris; ſic ꝟtutes vicijs pferūtur. Nō igit indignatiōis ſtomachātis ꝓuocet errouibꝰ. ſi quiſquis de clero vel populo ꝟtutis aduerſariꝰ. ab amico repudium cōſequat. Sed recte diſcretiōis examine amiciciā iniq̇tatis nō ligari legibꝰ diligēter attēdat ne ob hoc debere ꝟtutis ꝑuilegijs derogari. Nam ſtultum eſt petere qđ poſſet iure negari. Vñ nouꝰ Cato.

Exige rem iuſtam ſi non cupis inde repulſam
Non eſt donandum quicquid ſtat iure negandum.

¶ In dubijs non cito diffinias.

quē tu nō noſcis pferre in grã quos noſcis
Ignotum tibi tu noli preponere notis
.i. q̇ noti ſunt .i. expientia certa .i. cognoſcunt noticia caſuali
Cognita iudicio cōſtant incognita caſu

¶ Humani cōuictus mores ambiguos diligenter attendēs perfacile experitur qꝫ pēſata humane mutabilitatis natura. iuxta ſapiētem nō eſt credēdum omni ſpiritui. nam ꝟtutes ſe eſſe vicia mentiūtur. Equidem fallaci cōmercio hedi pro agnis. amara pro dulcibꝰ. et turpia pro honeſtis. frequētius ꝓpinātur Quamobrem vt fallacie latibulum. incaute dubietatis paralogiſmo enitetur facilius ⁊ cautiꝰ declinetur experiētia duce q̄ cenſetur optima rerum interpres. nunq̃z certiora poſtponātur dubijs ne deteriora cōtingant releuatio euētus proſperioris applauſu. Cognita iudicio conſtant incognita caſu. Vñ nouus Cato.

Cognita priuatis nunq̃z vos anteferatis.
Nam priuata ſedent extranea caſibus herent.

¶ De noſtre mortalitatis incertitudine

pꝛ ſubito mutat de gaudio in triſticiā de bono in malū
Cum dubia incertis verſetur vita periclis
pro merito magno ſi bn̄ vixeris vitā vnꝰ diei qm̄ ad laborē naſcimur
Pro lucro tibi pone diem. quicunq̃z laboras

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
170 G 89

¶ Generalis humane neceſſitatis calamitas a protoplaſtoꝝ criminibus deriuata. nos in funiculum duplicis neceſſitatis includit. Non rationis iudicium ignorātie tenebris nititur offuſcare ⁊ multiplicis egeſtatis miſerijs valitudinem corporis interdudit. Cui morbo duplici duobus remedijs cōuenieēter occurrimꝰ videlꝫ exercitato animo per ſtudiorum ſollicitudinem ignorātie cecitatē depellimꝰ. ⁊ per diſcrete circumſpectiōis cautelam corporalis vite neceſſaria perquiramꝰ. ne ſi primū defuerit beſtijs ſimiles. non liceat perſpicue lucis arcana cōſpicere. Si vero ſcd̄m non affuerit. impatiētie baculo vehemēter attriti. in cōfuſionis ac doloris amaritudine etatis noſtre tempora tranſigētes. dies lugeamus ⁊ horas. Pro lucro tibi pone diem quicūqꝫ laboras Unde nouus Cato

Omnia ſunt hominnm tenui pendentia filo
Et ſubito caſu que valuere ruūt
Ludit in humanis diuina potentia rebus
Et certam preſens vix habet hora diem.

¶ Non ſis victorie cupidus

ſociū in aliquo dono a deo dato vel labore acqͥſito cā amicicie

Vincere cum poſſis interdum cede ſodali

Terentiꝰ. obſequiū amicos veritas odium parit

Obſequio quoniā dulces retinētur amici

¶ Amicicie proprium eſt ſubiecta plurima voluntatis idemptitate coniungere. nullius cōtrarietatis repugnātia colluctante. Si igitur indiuidualis amicicie participium quicqꝫ attigeris nullo dominatiōis ambitu nullo iurgiorum ſtrepitu. eius animum prouocare cōtendas. Quotiens enim relegato parilitatis federe. ſuperioritatis iura popoſceris. protinus fedus corrūpitur tepeſcit amicicia. ⁊ iam diſſenſiōis materia preparatur. immo potius vt perpetuis alligata catenis amicicia permaneat incorrupta. nutriatur obſequijs. humilitate paſcatur. veſtiatur patiētia. nec amico ſe preferat. immo magis ſubijci ſtudeat atqꝫ vinci. Obſequio quoniaꝫ dulces retinentur amici. Unde nouus Cato.

Cede ſepe pari q̄uis poſſis ſuperare.
Hoc ideo dico quia ſic eris aptus amico.

¶ Danti tibi. hilariter redonato

non erit dubiū qn̄ tibi dari ab aliquo dare

Ne dubites cū magna petas impēdere pua

id eſt dando ⁊ tribuēdo donum gratuitum

His etenim rebus cōiungit gratia charos

¶ Auaricie cecitas ⁊ damnāde ambitionis cupiditas volubilem huma

ne cōditionis diſraſiam. in abuſum tante temeritatis impellūt vt ab amicis exigere plurima ⁊ pauca impendere videātur quod quidem ab amicicie legibus extraneum peregrinum a moribus et a rationis tramite creditur alienum. ¶ Perpendat ergo ſapiens cum proximo ſe equali diſcretionis libra penſari. ⁊ ſi proprijs inhians cōmodis. alienas copias vehementer affectat. alienis non deneget modice vtilitatis commoda impartiri. ne moleſto notetur prouerbio. alienas videlicet metiri ſegetes. ⁊ conuicinis propria tranſitum prohibere per arua. Ne dubites cum magna petis impendere parua.. Unde nouus Cato.

Debes parua dare cupias ſi magna rogare
Audeo ſic dici dando retinentur amici.

¶ Caue litem cum amicis.

cū illo habere aut facere .i. cū quo habes amiciciā
Litem inferre caue cum quo tibi gratia iuncta
inter amicos paſcit cauſat
Jra odium generat cōcordia nutrit amorem

¶ Obſeſſa moleſtis hoſtibus ciuitas. nunq̄z facilius corruit in ruinam. q̄z ſi valuarum apertio nulla cuſtodum oportunitate defenſa. inſidiantibus patefiat. Sic anime virilis diſcretio. ereis propulſata poteſtatibus. et varijs temptationum machinamētis. nuſquam celerius ſeducitur aut familiarius captiuatur. q̄z ſi iracundie temeritas. laxatis immoderantie frenis ebulliēs. ad iurgiorum ſeminaria opprobriorum diſcordias ſe precipitēter inclinet. Jra quidem virtutis nouerca amicicie ſicaria. ⁊ aduerſaria honeſtatis extinguit temperātiam ciuilitatem interimit. ⁊ nodum amicicie ſoluens. coūitiationem attrahit ⁊ horrorem. Jra odium generat concordia nutrit amorem. Unde nouus Cato.

Semper deuites cum charo ponere lites
Lis odium gignit charos concordia ſtringit.

¶ De humana pietate circa famulorum defectus obſeruanda

tuorum delictum diſplicētia cogit
Seruorū ob culpam. cū te dolor vrget in iram
tu .i. tpare ſeruis ⁊ mācipijs
Jpſe tibi moderare tuis vt parcere poſſis

¶ Si temperātie frena retinens. caſtigationis nodo cohibeas impetum volūtatis. ſeruorum tuorum delinquētias facili moderamine pertranſibis. Nam iuxta ciuilis legis edictum in omnib⁹ bene agere. ⁊ in nullo deuiare diuinum eſt potius q̄z humanum. Miſericordie igitur memor eris

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
170 G 89

ſuper aliene culpe diſpendio. cum in temetipſo crimen ꝓprie fragilitatis agnoſcis. Ipſe tibi moderare tuis vt parcere poſſis. Vñ nouꝰ Cato
Si tibi ſeruorum fert iram culpa tuorum
Parce ſub meſto tibi tu moderabilis eſto.

¶ ¶ Quod vincere poſſes ſuſtines patiẽter

ꝑ tuã vim ⁊ poteſtatẽ quãqꝫ aliquẽ. ſ. ꝑ patientiã
Quẽ ſuꝑare potes interdum vince ferendo
patiẽtia vitam ꝑpat. linguã refrenat. mẽtem gubernat
Maxima eteni morũ ſemꝑ patientia virtus

¶ Si iniurie cõtumacis repugnãtias. oppoſitionis gladium turbulenter obijcias. rumpetur ciuilitatis vnio. ⁊ flamma ſtomachãtis iracundie ſuccendet. Refrenãdus igitur eſt in his motibꝰ proprie volũtatis impetus ⁊ clypeo potẽtis conſtãtie cõtegendus. Si em̃ procacis iniurie flamma ſuccreſcẽs. amicorum quempiam ſtimulo temere cõtradictiõis inuaſerit. tãtam cõtumeliaꝝ ſiluam precipitãter adducet. ꝙ ſubſequẽtis morbi rabiem ſanare non poterit balſamum neqꝫ myrtus. Maxima etenim morum ſemꝑ eſt patiẽtia virtus. Vñ nouꝰ Cato
Sepe pati preſtat q̃zuis ſuper abilis extat.
Nulla valet tantum virtus patientia quantum.

¶ ¶ De prudenti bonorum cõſeruatione

cuſtodi illa bona acquiſita
Conſerua potius que iã ſunt parta labore
.i. qñ qd̾ labore acquirit̾ ꝑdit̾ ducens ad mortem
Cũ labor in damno eſt creſcit mortalis egeſtas

¶ Rõnis induſtria ꝑſcripta ꝯſuetudĩe ꝑcipit ⁊ obſeruat. a cuiꝰ orbita nõ deuiat experiẽtia natural̾ ꝙ in rebꝰ humanis ea cõſeruamꝰ. q̃ ampliori fuerit exercitatiõis labore q̃ſita. Nã ſi momẽtanea ꝓdigalitate pereãt. q̃ venturis ꝓfutura vſibꝰ nõ ſine magnis vtriuſqꝫ hoĩs diſpẽdijs ſerioſe cõgeſſimꝰ. ſubſequet̾ mendicitatis opprobriũ mẽtes nr̃as relinquẽs flebiles atqꝫ meſtas. Cũ labor in dãno ẽ creſcit mortal̾ egeſtas. Vñ nouꝰ Cato.
Plus conſeruabis que cum labore parabis
Cum labor ipſe perit paupertas ledere querit.

¶ ¶ De liberalitate in dapibus obſeruanda

id eſt liberalis in dapibus ⁊ conuiuijs
Dapſilis interdum ſis notis et charus amicis
hic incipit cõſtructionẽ .i. diues ſis nemo ſibi ſecũdus
Cũ fueris felix. ſemper tibi proximus eſto

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
170 G 89

¶ Attenta varietate temporis ⁊ perſonarum qualitate preuiſa. nūc pro fuſiorib⁹ eſt vtendum ſumptib⁹. nunc moderātius reſtringendum. vt in omnib⁹ recte circumſpectiōis moderatione penſata. non videaris ſuperfluus vel auarus. Hec autem omnia preuidēs charitatis pretermiſſo ordine. liberalitatis tue copias nō ſic effundes in alios. vt poſtmodum tarde penitens videaris egere pro penitētia ſerotina. tandem recolēs te peruertiſſe rationis ordinem corde meſto. Cum fueris felix ſemper tibi proximus eſto. Unde nouus Cato.

Interdum notis tribuas et ſuffice notis
Ac tibi ſemper eris charus cum diues haberis

¶ De diuerſis hominum ſtudijs

terre cupis culturas
Telluris ſi forte velis cognoſcere cultus
in georgicis magis noſcere ſtudes cupis
Virgiliū legito qui ſi mage noſce laboras
natura ille liber deſcribit eas
Herbarū vires. macer tibi carmine dicit
cōtra alias ꝓuincias cōtra chartaginenſes
Si romana cupis et punica noſcere bella
poetam dei belloꝝ deſcribit
Lucanū queras qui martis prelia dicit
aliquā placet ab aliqua ſtudendo
Si quid amare libet vel amari diſce legendo
.i. ouidiū in de arte amādi .i. ſed ſi is animus tibi ſit
Naſonem petito. ſin autem cura tibi hec ſit
.i. ꝑ ſapiam q̄ eſt p̄cioſior cūctis opib⁹ ⁊ oēs theſauri nō valēt illi ꝯpari.
Ut ſapiens viuas. audi que diſcere poſſis
id eſt remotum tēp⁹ eternum
Per que ſemotum vitijs deducit euū
p̄ſeno ſis ꝑ quā reges regūt ⁊ oīa diſponūt
Ergo ades et que ſit ſapientia diſce legendo

¶ Spiritus ſancti gratia ſeptiformis. hominibus varias ſue liberalitatis dona diſtribuens. ad multiplicia exercitationū ſtudia nos inclinat. Alium quidem agricultura delectat cui⁹ peritiam. Uirgili⁹ in bucolicis venerantem effatur alium vero arte medicinali promouet. vt cognitis herbarum virib⁹. facilem humanis corporib⁹ exhibeat medicinam Et hanc

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
170 G 89

Macer facili carmine patēter oſtēdit. Allium hiſtoꝛiarum ⁊ rerum belli
carum noticia decoꝛat. Quātum laudis putas ſit. multoꝛum ſeculoꝛum
res ſcitu dignas memoꝛiter noſcere ⁊ exēplum illuſtre ad omnem caſum
pꝛoferre. Si igitur romanoꝝ bellica geſta ſcire cupias. Lucanum puni-
ca bella canētem ſtudioſe legas. Si quis vero furijs agitatꝰ letalibus ve-
neree ſeductiōis gymnaſium nititur introire. Huius deluſionis regulas
Ouidius elegiaco carmine declarauit. Quiſquis autē pꝛemiſſis his om
nibus decreuerit feliciter agere. vitam polire moꝛum ſchematibꝰ. ⁊ virtu
tum ſplendoꝛibus redimere. frequētis eruditionis regulis aures inclinet
dociles per quas ſublime virtualis eminētie cacumen attinget. vitioꝛum
monſtrum deſerens ſoꝛdidum ⁊ obſcurum. Per que ſemotum vicijs de-
ducitur euum. Unde nouus Cato.

Terre culturas quas ſi cognoſcere curas
Ecce tibi Maro deſcribit carmine claro.
Si mage naturas cognoſcere vis quoqꝫ curas.
Herbarum vires ſic tu Macrumqꝫ requires
Et ſi ſudoꝛes belli cupis atqꝫ laboꝛes
Lucanus dicit que ceſar pꝛelia vicit
Si veneris moꝛes requiris et eius amoꝛes.
Ouidium queris qui carmine dicit amoꝛis
Sed nunc quies erit ſapiens qui viuere querit
Aſſit et hec diſcat vicijs ne vita fathiſcat.

Omnibus pꝛodeſſe non definas.

in dignitate poſitus hoībus cōmodare

Si potes ignotis etiam pꝛodeſſe memento

pꝛo vtile ē tibi in regno poſito ꝑ merita ⁊ beneficia

Utilius regno meritis acquirere amicos

Nullum certius reperitur bonitatis iudicium quam deſuper diſtribu
tiōis donarie multiplicare q̄zplurimis. ⁊ cōicatiōe beniuola liberalit̄ elar
giri. nam ⁊ hec nature cōditoꝛ deꝰ nobis oñdit euidētiꝰ ⁊ mirabiliꝰ opat̄.
quo multiplices ſuaꝝ diuitiaꝝ aceruos nō in arcis tutioꝛibꝰ peſſulo cupi
de voluntatis recludit ſꝫ magnifica largitate diſtribuit ⁊ effundit. Nam
iuxta ſcripture teſtimoniū. ſolem ſuū facit oꝛiri ſuꝑ bonos ⁊ malos. ⁊ plu-
it ſuꝑ iuſtos ⁊ iniuſtos. Imitās igit̄ tāte veneratiōis artificem. nedum ī
amicos ⁊ beniuolos ſtudeas ꝓbere beneficium. ſed in extraneos ⁊ ignotos
Nam ſic fame pꝛeconia ⁊ ꝟtutis p̄mia cōſequeris. ⁊ amicoꝝ numero nō
nullos ſuſcipies in amicos. quos pꝛimitꝰ habueras inimicos. Utilius re
gno eſt meritis acquirē amicos. Unde nouus Cato.

Pꝛoſis ⁊ ignotis et nō ſolūmō notis. Rex ē mēdicꝰ cui nō ē vllꝰ amicꝰ.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
170 G 89

¶ Non alta ſapere concupiſces.

dimitte ſecreta i.celeſtia

Mitte arcana dei celumqꝫ inquirere quid ſit

tu altiora tene queſieris dicet ſapiēs

Cum ſis mortalis que ſunt mortalia cura

